



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XL. Markgraf Ludwig vereignet eine Hebung aus dem Hufenzinse Neu-Landsberg's für einen in der Pfarrkirche der Stadt zu errichtenden Elenden-Altar, am 1. Januar 1350.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XL. Markgraf Ludwig vereignet eine Hebung aus dem Hufenzinse Neu-Landsberg's für einen in der Pfarrkirche der Stadt zu errichtenden Gedenken-Altar, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. ad instantem requisicionem discreti viri konekini Santoch, ciuitatis nostre noue landesberg ciuis, appropriauimus et appropriare decreuimus octo solidos nouorum denariorum in censu manforum ciuitatis nostre premisse sitorum, singulis annis in festo beati Martini deriuandorum, altari in ecclesia parrochiali ciuitatis pretacte pro commemoracione exulum animarum dedicando, solempni renunciacione pro nobis, heredibus et successoribus nostris adhibita, perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet percipiendos. In cuius etc. Testes — datum vt supra (Noua Landesberg, Anno L<sup>o</sup>, die circumcissionis domini).

Aus v. Sachwitz'scher Abschrift.

XLI. Markgraf Ludwig verschreibt dem Rath Neu-Landsberg's den Anfall von 10 Fl. aus dem Hufenzinse der Stadt, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per fideles nostros dilectos, consules ciuitatis nostre Noue landesbergh, exhibitis, eidem et vniuersis ciuibus eiusdem presentibus et futuris damus et donauimus per presentes deuolucionem X florenorum reddituum annuorum, sitorum in censu manforum ibidem, quibus renunciauimus solempniter, sic quod ad ipsos et ad dictam ciuitatem perpetuis temporibus iusto perpetuitatis titulo pertinere (debent). In cuius etc. Datum vt supra (Nova Landesberg, Anno L<sup>o</sup>, die circumcissionis domini).

Aus der v. Sachwitz'schen Sammlung.

XLII. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Neu-Landsberg wegen erlittenen Brandes auf 5 Jahre von allen Abgaben und Leistungen, am 29. Mai 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. discretorum virorum consulum et vniuersorum ciuitatis nostre noue landesberg ciuium, grandem concernentes inopiam, deuastacionem et desolacionem ciuitatis predictae, quam uel quos per ignis voraginem nouiter sunt perpeffi, eidem consulibus et vniuersis ciuibus predictis de mera mentis nostre beniuolencia maturaque deliberacione no-